



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

occidentalem *Comitatûs Marcani* imposito ad præmia *Sanctorum* evolavit *venerabilis* MENRICVS, ex illustri & præpotenti *Lubecensi Canonico* Eremita, ac *munificentissimus* huius loci *Fundator*, qui ut directius, expeditiusque ad **DEVM** contenderet, quanto poterat paupertatis amore omnibus, quæ vitæ degendæ necessaria erant, *nudus nudum Christum secutus est. Ex Ann. Perar.*

XXI.

IN societatis **IESV** Collegijs *Reliquiarum ostensio festiva* B. ALOYSII GONZAGAE *Marchionis Castilionensis*, qui Principe genere ortus, ingentes opes *Christi amore* vocante cælo neglexit, **SOCIETATEM IESV** ingressus *noxæ nullius gravioris sibi conscius Angeli nomen meruit, Adolescens*, quem exacta per omnem Religionis laudem vita humilitate, patientiâ, fide, pietate conspicua commendavit. *Romæ vivus mortuusque multis miraculis illustris, anno M. D. XCI. æternitatis gloriosum iter iniit, ab Ecclesiæ Galitum Albo adscriptus. Ex vita.*

AGRIPPODVRE S. HERMOLAI *Episcopi & Martyris* ex *Societate* undecim millium *Martyrum* in monte Ararat; cuius **CAPVT** terebrâ perforatum

perforatum in summa (nunc Societatis IESV)
æde ibidem religioſè colitur. *Ex Tabu. Ecclef.*

XXII.

A Bijt & ex humanis eodem die, *Aldenberga*
in Montibus venerabilis Abbas THEDORICVS,
integritatis opinione & munere regendi in-
clytus, virtutum admirabilium splendore in-
gens sui deſiderium relinquens. *Ex Faſt. Gelen.*

XXII.

A *Nniuerſarius* B. CHRISTINÆ STOMEL-
SIS, vitâ & miraculis jlluſtris, *quæ in Stom-*
melen ad annum uſque M. CCCXLII. quieuit,
quo à WILHELMO primo IULIÆ *Marchione* au-
ctoritate fratris WALRAMI *Archiepiſcopi Coloni-*
ëſis NIDECAM indeque IULIACVM à WILHELMO
Clivie, Julie, Montium Duce A. S. M. D. LXVIII.
unâ cum *venerabili Capitulo* translata eſt. Vbi
hodie *Tumulus eius* ad Chori oſtium elevatus vi-
ſitur. Eandem ſæpius ſibi apud DEVM Pa-
tronam Animæ piacularibus ardentes flammis
optârunt, ſupplices nonnunquam ad eam ma-
nus tendere viſæ. *Ex Annal. Perar. & Necrolo-*
gio eius loci.

XXII.

HAMMONA *Marchie* naturâ & arte muni-
tiffima